



138

+24

VICTORIA AD SACRAM REGIAM *MAIESTATEM,*

DVM CONTRA TVR-
CARVM EXERCITVM
POLONIE IMMINENTEM
ARMA PROMOVET
Auspiciatò
Lublinum. Vicinā allata.



17.966

De Quinta Septembris anni præsentis ad Nor-
lingam congressi Exercitus partium non perfun-
ctoriis velitationibus eam diem consumpsérunt. Se-
quenti verò cùm hostis totis viribus in campum pro-
diisset, montemque Cæsarianis imminentem occupa-
re niteretur, post aliquot Velitum prælia, tandem cir-
ca nonam horam matutinam Exercitus congressi, ab
hoste facto pugnæ principio, eò euentu pugnarunt, ut
circa meridiem Cæsariani eorumque Ductores Hunga-
riæ Rex, & Infans Hispaniæ plenâ victoriâ potirentur.
Ceciderunt in pugna hostium Decem millia. Septua-
ginta tormenta, vexilla centum quinquaginta, currus
præterea & impedimenta omnia, in potestatem Cæ-
sarianorum venerunt. Veinmarius glande plumbeâ tra-
iectus, ab ipso Collega captiuo Hornio mortuus asseri-
tur. Crazius cum aliis decem legionum Præfectis, &
duobus Vigilum Generalibus, item Præfectis captiui.
E Cæsarianis quingenti desiderati. Marchio S. Mar-
tini lethaliter vulneratus. Baro Tornetæ occisus.
Aiaca legionis Præfectus globo maiori disceptus ad
ipsum

XVII-3529-II



ipsum Regis latus. Idem alteri ex Comitibus Infantis
Hispaniae contigit.

—(6)(0)(30)

LUBLINI Die 17. Septembris, Anno
Domini, 1634.

ZEITUNG DER DISSENTERIEN
Darmstadt 1834



112
24